Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



nel

constituerat nabuchodonosor rex
Et statim in ipso tempore accedentes uiri chaldei accusauerunt iudeos. Dixerunt que nabuchodonosor
rexi. Rex in eternum uiue. Tu tu
posuisti decretum ut omnis homo
qui audierit sonitum tube cytha
re. fistule et sambuce et psalterii et
symphonie et uniuersi generis mu
sicorum prosternat se ut adore et
statuam auream. Si quis autem
non procidens adorauit uiciatur
in fornacem ignis ardentis. Sunt
ergo uiri iudei quos constituisti
super opera regionis babilonie sy
drach misach et abdenago. Viri isti
contempserunt rex decretum tuum.
deos tuos non colunt et statuam
auream quam erexisti non adorant
Tunc nabuchodonosor rex iratus
re et ira precepit ut adducerent
sydrach misach abdenago qui confes
tim adducti in conspectu regis pro
nunciauerunt nabuchodonosor ait eis
Vere ne sydrach misach et abdena
go deos meos non colitis et statuam
auream quam constitui non adora
tis. Nunc ergo sitis parati quacum
hora audieritis sonitum tube fis
tule et cytharie sambuce et psalterii
et symphonie omnis generis
musicorum prosternite uos et ado
rate statuam auream quam feci
Quod si non adorauitis eadem ho
ra mittemini in fornacem ignis ar
dentis et quis est deus qui eripiat
uos de manu mea. Respondentes
sydrach misach et abdenago dixe
runt regi nabuchodonosor. Non
oportet uos de hac re respondere tibi
Ecce enim deus noster quem colimus
potest eripere nos de camino ignis
ardentis et de manibus tuis o rex
liberare quod si noluerit. Notum
sit tibi rex quia deos tuos non colimus
et auream statuam quam erexisti non
adoramus. Tunc nabuchodono
sor rex repletus furore est et aspec
tus faciei illius in mutatus est super
sydrach misach et abdenago et pre
cepit ut succenderetur fornax septu
plum quam succendi consueuerat
Et uiris fortissimis de exercitu suo
iussit ut ligatis pedibus sydrach
misach et abdenago mitterent eos in
fornacem ignis ardentis. Et con
festim uiri illi uincti cum tracis
sis et thiaris et calciamentis et
uestibus suis missi sunt in medi
um fornacis ignis ardentis. Nam
iussio regis urgebat fornax autem
succensa erat nimis. Porro uiros
illos qui miserant sydrach misach
et abdenago in fornacem interfecit
flamma ignis. Viri autem hi tres sy
drach misach et abdenago ceciderunt
in medio caumino ignis ardentis col
ligati. Et ambulabant in medio
flamme laudantes deum et benedi
centes dominum. Stans autem azari
as orauit sic. Benedictus es domine
deus patrum nostrorum. Et lau
dabilis et gloriosus in secula. qua
iustus es in omnibus que fecisti
nobis et iniusta opa tua uera et
uie tue recte et omnia iudicia tua

114

Damal